

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - IV, 01 : De Lucina](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 01 : De Lucina

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 01 : De Lucina](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 02 : De Lucine](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 01 : De Lucine](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 90v°-92r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Lucine](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

Mythologia.

- fluebat aquæ simile densetur & consistat. Deinde sequenti mense Iupiter suo calore & humore nutrit, quibus indiget viribus vt augeatur & dilatetur, quippe cum superioris planetæ natura formationem lineamentorum impediret si perduraret diutius. Tertio deinde mense Marti cura ista committitur, qui per naturalem suum calorem humores superuacaneos exiccat, fetumque calefacit, & motum in illo procreat: est enim calida vis & sicca maxime ad motum propensa. Hunc eundem fetum excipit mox Sol astrorum omnium & mûdi princeps ac moderator, qui & vigore plurimum adhibet, & non mediocriter confert ad vitam. Huic succedit Venus Martis Solisq; calorem & siccitatem suis his aduersariis viribus temperans, multoque magis auget fetum, & illius membra ad figuram homini conuenientem perducit. Negotium ipsum mox in manus tradere Mercurio putatur, qui superuacaneum quodque exiccando temperiem & ipse inducit, vniuersasque corporis partes etiam magis distinguit, & clariorem formâ exprimit. At septimus mensis lunæ tribuitur, quæ ita fetum suo humore nutrit, vt perfectus completusque sit; possitque vel si tunc ex utero exeat viuere. Quod si humoris copia adhuc superpetat, & respiratio nondum sit praxualida, quam per vmbilicum capit infans, ita vt oris respiratione non magnopere indigeat, natura optima horum alimentorum cellaria & moderatrix in nonum mensem partum prorogat: at si inops sit humorum, & non amplius satis magna aeris copia per vmbilicum trahatur, ac si uterus tractabilis mollisque sit, qualis esse solet fere puerperarum, tunc septimo mense partus in lucem prodit & viuit. Quamobrem siue ad planetarum vires, siue ad phylicas rationes quis respexerit, omnino lunæ humor plurimum ad emittendos fetus adiuuabit. Sed quoniam explicauimus quibus causis commoti antiqui Lucinæ tantum tribuerunt, nunc reliquum est, vt quæ de Lucina ab iis dicta fuerunt, percurramus.

De Lucina.

Cap. I.

- 30 **L**ucinam filiam fuisse Iouis & Latonæ, sororemq; Phœbi iam dictum est superius, cum de Diana loqueremur. Atqui cum re ipsa vna eademq; sit Diana, Lucina, Hecate, Luna, quamuis varia sint nomina, & res varix, in quibus illæ suas vires exercent, tamē variis parentes earum siue Deorum siue facultatum, siue eorum nominum, fuisse traduntur. Cum enim Luna filla esset Thix & Hyperionis, Diana Iouis & Latonæ, Hecate vel Iouis vel Aristri, & Noctis vel Asteris: ita Lucina Iouis filia fuisse dicitur, vt apparet in hymno Callimachi in Dianam, Iunonemq; habuit matrem, vt memorix prodidit Pausanias in Atticis, qui illam in Gnossio agro apud Amnisum flauium ex opinione Cretensium natam esse scribit. Qui Latonæ filia esse dixerunt, hanc in Ortygia natam esse inquirunt, atq; statim natam obstetricis munere functam esse apud matrem, cum mox Apollinem esset parturæ, vt dictum est superius. Pausanias tamen in Atticis Lucinam ait in Delum ex Hyperboræis aduētasse, vt parturienti Latonæ adesset obstetrix. Hæc varia habuit nomina: nā Ilithyia in Encomio Ptolómæi vocata est à Theocrito, quam Lysizonam appellat siue soluentem Zonam. Solebant enim antiqui, sed Græci in primis vsurpare, Zonam soluere, pro eo quod est rem cū viro habere, quia prægnantes mulieres priorem Zonam gestare non amplius possent, quam soluere cogebantur: quare cum venirent sub tutelam Lucinæ
- Zonam

Zonam soluebant. Sic autem ea sunt Theocriti ;

Εἴτα γὰρ ἠλίοιο ἰβύρατι λουίζωνο
Ἀντιγόνας ἐπὶ δ' τοῦ βιβηραρίου ἀδινάρετι ;
Hic Lyfizonam Lucinam nata vocavit
Antigones, tristi partus oppressa dolore.

Nam & horatius in secularibus carminibus multis nominibus vocatam fuisse innuit in his ;

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres ;
Sive tu Lucina probas vocari,
seu Genitalis.

10

Tanta fuit Lucinx reuerentia apud antiquos, vt non solum p̄xesse parturientibus credita sit, cum inuocaretur, illisque opem ferre, verum etiam tanquam custodis, cui ortus & vitæ salutisque humanæ initia deberentur, illius imago ante fores domorum ponebatur, quare ita hymnum scripsit Orpheus in eius laudem, quam Prothyrazam nominauit,

καλλιμαί, ἢ πολυτίμαξ ἐσὶ, πολυώνυμα δαίμων
εἰδίμω ἱεραρίῳ, λιχυνὸν δὲ κω πρὸς ἡμῖν
Θηλοῦν πάντοτε, πρὸς φιλόστον ἀγαθήριε,
ἐπιλοχύνα, παρὶντα νῆα θεῶν, κρηνηρίαι.

20

Audi me veneranda Dea, cui nomina multa.
P̄xegnantum adintrix, parientum dulce leuamen.
Sola puellarum seruatrix, solaque prudens.
Auxilium velox teneris Prothyra puellis.

Atque paulo post eandem esse & Dianam, & Ilithyiam, & Prothyrazam aperte demonstrat in his ;

μυῖται γὰρ ἐν καλλιμαί, ἢ γὰρ ἐν ἀντιγόνα.
Εἴ γὰρ ἐστὶ τὸ αὐτὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν αὐτὸν
Ἀρτεμις, ἢ ἰλιθία, καὶ ἢ ἐπιμὴ ἀντιγόνα.
Solam animi requiem te clamant parturientes.
Sola potes diros partus placare dolores.
Diana, Ilithyia grauis, simul & Prothyra.

30

Credita est autem fuisse à Parcis parturientibus p̄xecta, quoniam neque cum illam mater gestaret in utero, neque cum pareret, vlllos dolores sensit, vt in his ait Callimachus ;

τοὶ μὲν μῆτρας
γοναίεσσιν ἐν πρῶτῳ ἐκιδύραται ἀρῆσιν.
ἐπὶ τῷ καὶ εἰσπίπτει, καὶ τὰ ἐλγος φέρουσα
μὲν τῆρ, ἀλλ' ἀμύνη φίλον ἀπὸ βίβαται κίλκων.

hifce leuare

40

Vix bene me natam Parcs statuere dolores.
Quod me cum pareret, vel cum gestaret in aluo
Mater non vnquam doluit, sine licta dolore
Deposuit quod onus.

Mos fuit apud antiquos, vt Lucinam ipsam dictamo coronarent, quoniam id plurimum conferre videretur ad facilitatem pariendi ; quam consuetudinem possumus vel ex hoc carmine Euphorionis colligere, vbi loquitur de Lucina ;

Mythologiæ.

Ἐπιφάνεια Ἰδαίης τὸν ἑὸν ἄνδρα δεικνύσασα

Obuia dictamis teneris redimita sic illa.

Neque hominibus solum præesse parturientibus hæc Dea putabatur, sed etiã brutis, & plantis: quoniam his omnibus lunæ humor vel nascentibus vel parientibus conferre: quare ita Virgil. inquit de bobus;

Aetas Lucinam, iustosq; pati Hymenæos.

Definit ante decem, post quatuor incipit annos.

- 10 Effingebatur imago Lucinæ, cuiusmodi fuit illa apud Aegieses, quæ alterâ manum vacuum porrigebat, altera gerebat facem: ita enim & infantem susceptura videbatur, in lucemque eductura; & dolores, quos inflammatio totius corporis consequitur, significare. At mihi magis huic loco convenire illud Theophrasti videtur, quod scriptum est in secundo de causis plantarũ, exuri maximè vires naturæ fecunditate factuum tum in animalibus, tum et in plantis, quare fax Lucinæ meritò assignabatur: nam quæ minus fecunda sunt in singulis generibus, illa magis sunt diuturna. Scripsit in hanc hymnũ quædam Lycius Delius, ut diximus, cum loqueremur de Parcibus, qui illam Eulimum, quasi Lanificam appellavit; quam fati sororem esse credidit, ut est apud Pausaniam in Arcadicis. Maxima religione apud Eleos præcipue colebatur Lucina, cuius ope victoriam Elei ex Arcadibus reportarunt. Nam cum
- 20 Arcades Eleorum agrum hostiliter inuasissent, omniaque incursionibus popularentur, in aciem aduersus illos prodierunt Elei. Tum fama est mulierẽ, quæ puero mammam præberet, ad Eleorum duces accessisse, quæ se puerum illum peperisse diceret, hortataq; est, ut eũ eius belli socium sibi asciscerẽt, quod ipsa ita fuisset per somnum admonita. Tum qui summæ rei præerant inter Eleos hanc mulierẽ præstantes puerum nudum ante signa locandum curarunt: deinde cum facerent impressionem in hostes puerus in serpentem vertitur in conspectu omnium. Eo prodigio territi Arcades in fugam vertuntur, atque Elei quo in loco sub terram ingressus est serpens, ubique victoriam sunt adepti, templum illi puero erexerunt, quem Sosipolim, siue vrbis seruatorem appellarunt; ibidemque sunt Lucinæ solennes honores decreti, quod illam puerum illum peperisse & attulisse Elei interpretati sunt. Annua sacerdos ibi eligi solita fuit, quæ Lucinæ sacrificaret, ad quam omnibus erat aditus. Ad Sosipolim vero nemini accedere licebat, nisi vetulæ sacerdoti, quam etiam certo ritu ornatam esse oportebat; nam & capite & facie velata candido textili ad illius simulachrum accedebat. In templo Lucinæ tum virgines tum etiam nuptæ remanentes hymnum in Sosipolim decantabant, atque quoduis odorum genus adolebant, cum vinum ex illis sacrificiis omnino exulare. Culta est apud Hermionenses etiam præcipuo quodam honore Lucina, quæ summa religione & hostiis, & odoribus, & donis quàm plurimis decorabant; neque illius signum cuiquam, nisi illis mulierculis, quæ rem sacrã facerent, conspiceri fas erat, ut ait Pausanias in Corinthiacis. Hæc illa sunt ferè omnia, quæ de Lucina dicta sunt ab antiquis, quæ ex iis, quæ dicta sunt superius, manifesta esse censo; nisi illud fortasse non pateat cur Iunonis aut Iouis filia esse dicatur. explicatum fuit superius Lucinam esse lunam, humoresque ab ipsa luna aliquando augeri, quod cum fiat per æera, quem modo Iunonem, modo Iouem appellari ostendimus, iure Lucina, siue vis illa, quæ agit per æera in inferiora corpora, Iunonis filia dicta est. vocata fuit luna Lucina, quia luceat per noctem, vel quia lucem præbeat

beat fœtibus, qui nati ante septimum lunæ mēsem hac solis luce perfrui minimè possunt, vel quia maturos fœtus in lucem ex utero euocet. Dicitur eadē à Græcis Ilithyia, quia p̄xistō sit parturientibus. reliqua nomina, quæ illi tribuuntur sunt à contingentibus rebus à poetis ficta, & illi tributa. Nunc de Penatibus dicendum est.

De Penatibus.

Cap. II.

IAm vero statim natos infantes, vbi Lucina suum munus expleuisset, Penates Dii suscipiebant, vt fuit opinio antiquorum : qui Penates qui essent, aut quod esset illorum munus, videtur esse inuestigandum. Fuerunt igitur nonnulli, qui Penates Deos esse putarunt illos, per quos spiramus, per quos cognoscimus, per quos viuimus, per quos solem intuemur: Iouem scilicet, & Iunonem, & Mineruam, & Vestam: hanc etiā siquidem nonnulli addiderūt. Nam Iouem ætheris medium, Iunonem æra imum, Mineruam summam ætheris partem, quæ vis est diuina intelligentiæ, Vestam terram esse dixerunt. Hos & Deos patrios & familiares & ciuitatum p̄xides & priuatarum domorum custodes nominarunt & crediderunt, vt in his significare videtur Cicero in oratione pro domo sua; vosque qui maxime me repetistis, atque reuocastis; quorum de sedibus, hæc mihi proposita est contentio, patrii Penates, familia resque, qui huic vbi & reipub. p̄xides estis. Sic & Hali carn. in primo Antiquitatum; τῶν δὲ θεῶν τῶν τῶν οἰκίας καὶ ἀσπίδας καλεῖται, ἃς ἑπιμαρτυροῦναι οὐκ ἐστὶν ἰσχυρὰ τῶν ἀλλοθῶν ἀλλὰ τῶν οἰκίας, ἢ οἰκίας πατρῴας ἀποφαίνονται, ἢ δὲ ἀσπίδας, ἢ δὲ οὐρανίου, ἢ ἀλλὰ δὲ ἰσχυροῦ, ἢ δὲ μηχανῆς. Deos autem hos Romani Penates vocant: atque nonnulli in Græcam linguam transferentes, genitales interpretati sunt; alii vocant Deos patrios, alii domesticos ac familiares, alii possessionum p̄xides, alii arcanos. At verò cur erant hi patrii, ac non potius communes omnium ciuitatum & domorum? Quoniam non modo singulas ciuitates, sed etiam singulas domos, atque adeo singulos homines, & animalia & plantas certos ac peculiare habere Deos crediderunt, quorum essent illi tutelares. Idem propè sensisse videtur Cicero, vbi ita scribit in secundo de Natura Deorum; nam Vestæ nomen à Græcis; ea est enim quæ ab illis τῆς dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet. itaque in ea Dea, quæ est rerū cultus intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio extrema est. Nec lōge absunt ab hac vi Dii Penates, sive a Penu ducto nomine, (est enim omne, quo vescuntur homines, penus.) sive ab eo quod penitus insident, ex quo etiam Penetrales à poetis vocantur. Erant igitur Penates Dii familiares, penes quos nos nati essemus, qui superius commemorati esse putabantur. Alii tamen voluerunt Penates esse Apollinem & Neptunum, qui Troiana mœnia extruxerunt, & Vestam; qui eximia religione apud Samothraces sculpti colebantur; mox à Dardano in Phrygiam, è Phrygia in Italiam ab Aenea fuerunt delati, quam rem ita exprelsit Virgilius lib. 2. vbi Hæctor Aeneæ Penates Deos ita commendat;

Sacra, suosq; tibi commendat Troia Penates.
 Hos cape fatorum comites, hīs mœnia quære;
 Magna pererrato statues quæ denique ponto.
 Sic ait; & manibus vittas, Vestamq; potentem,
 Aeternumq; effert adytis penetralibus ignem.

Hæc